



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Monvmenta Paderbornensia**

**Ferdinand <II., Paderborn, Bischof>**

**Paderbornae, 1669**

2. Ille Ego Svm Amisivs.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11425**

Ptolemæo *Amisus*, atque inde *Amasius*, *Amasis*, *Amisis* & *Amisus* appellatur. Soliti enim Romani in fluviorum nominibus *e* in *a* commutare, exempla in *Alifone*, *Albi*, *Adrana*, *Ambræ*, *Amisio*, pro *Elsen*, *Elb*, *Eder*, *Emmer*, & *Ems*. Extam varijs verò ejusdem rei nomen proferendi scribendique modis rectissim<sup>o</sup> is, quo Plinius & Mela antiquiores Tacito, Strabone & Ptolemæo usi, & fluvius ab urbis, castelli & præsidij loco distinguitur: non enim *Ἀμασία* & *Ἀμείσεια* apud Strab. Ptol. & alios geographos, verum etiam *Amisia* apud Tac. l. 2. *Classis Amisia relicta levo amne*, oppidum vel munimentum significavit. Cluver. l. 3. c. 18. Schildius. de Chaucis. lib. 1. c.

2. ILLE EGO SVM AMISIVS. clarissimus & nobilissimus amnis. Mela. l. 3. c. 3. *In Oceanum Amisus, Visurgis, & Albis clarissimi*. Plin. lib. 4. c. 14. *Amnes clari in Oceanum defluunt, Guttalus, Vistillus sive Vistula, Albis, Visurgis, Amisus, Rhenus, Mosæ*. Adamus Bremens. lib. 1. hist. eccles. c. 2. *Nobilissimi Saxonie fluvij sunt, Albis, Sala, Vvisura, quartus situ, non dignitatis ordine, quo Salam longè præcedit, ex magnis Saxonie fluminibus est Emisia, qui Vvestualos à reliquis illius provincia dirimit populis. Isque oritur in saltu Padarburnensi; currit autem per medios Fresonum terminos in Oceanum Britannicum.*

3. OLIM ROMANA NOTVS IN HISTORIA, præcipuè annalibus Taciti. lib. 1. c. 60. *Cecinam cum quadraginta cohortibus Romanis distrahendo hosti per Brueteros ad flumen Amisiam mittit. Quantumque Amisiam & Luppiam amnes inter vastatum. c. 36. Mox reducto ad Amisiam exercitu legiones classe, ut ad venerant, reportat. lib. 2. c. 8. Usque ad Amisiam flumen secundà navigatione per vehitur. Classis Amisia relicta, levo amne. cap. 23. Plures Casar classi impositas per fluvium Amisiam Oceano in vexit.*

4. QVI